Petentemque Principalem suum iuxta prescriptum iurium et privilegio-
rum A Serenissimis antecessoribus Nostris Super Mensuram
Molendini nostri antiqui Premislien secundum consuetudinem
dari solitam a nobis conservari Cittas vero ultra solitam qua-
ter Clamatis Neque per se Neque per Plenipotentes suum compa-
rentibus Posteaque Causa hec Ex relatione Consiliariorum nostro-
rum Ad Cognitionem nostram deducta esset Nos cum consiliariis
et Iuris peritis in Contumacia cittatorum ipsam Generosam Catherinam
de Komorow Secundum prescriptum iurium et privilegiorum il-
lius A Serenissimis antecessoribus nostris Super Molendinum
antiquum Premislien concessorum conservari decernimus cittos
eo non obstante quod Molendinum quoddam Novum extruxerint te-
neri astrictosque esse extradere Generose Catherine Comorowska
mensura molendino nostro antiquo Premislien secundum antiquam
consuetudinem dari solitam Qua non prius eis licitum erit
in Alienis Molendinis frumenta Molere Nisi data prius
Mensura in Molendino eodem antiquo Premislien hoc nostro
decreto mediante pro cuius exequutione remittimus actori-
cem ad officium Capitaneale Premislien In termino peremptorio
quando Actrix Cittas ad id legittime adcitaverit In
cuius rei fidem Sigillum nostrum presens est subimpressum
Datum Warschavie Sabbato post festum Sancti Michaelis
Proximo Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexage-
simo Sexto Regni vero nostri XXXVII

Valentinus Debyenski
Cancellarius

Rlo Magnifico Valentino Dabyen-
ski de Dambiany Regni Polonie
Cancellario

Mandatum Ex parte Orlicowa ad Captum

35 Oblate sunt littere Mandati Sac Maiestatis Regie subtitu-
lo et Sigillo eiusdem Sac Regie Mtis Committi et obsignati ad
officium et acta presentia Castrensia Premislien Ex parte Generose Ca-
therine de Comorow relicte vidue Generosi olim Stanislai Orlyk
Zuppary terrarum Russie Generalis Ad Magnificum Spytko-
nem Jordan Castellanum Cracoviensem Premislien Camionaczenque ei Ca-
pitaneum gratis tractatis Petiit in Acta presentia inducti et ingrossa-
ri Quibus officium visis salvis eadem in Acta presentia inducti
ac ingrossari Mandavit Quarum littearum tenor est talis

Sigismundus Augustus dei gratia Rex Polonie Magnus dux Lithua-
nie Russie Prussie Masovie Samogitieque etc. dominus et heres
Magnifico Spytkoni Jordan de Zakliczin Cum Melsztin Ca-
stellano Cracoviensi Premislien Camionaczenque Capitaneo In absentia
eius vice Capitaneo Premislien Sincere Nobis dilecto Generosam nostram
Regiam Magnifice Sincere Nobis dilecte Tullimus decretum nostrum
Inter Generosam Catherinam de Komorow relicta vidua Ge-
nerosi olim Stanislai Orlyk Zuppary terrarum Nostrarum
Russie actricem et famatos Proconsulem Consules Advocatum et Sca-
binos Civitatis nostre Premislien Cittos quoquidem in Contumacia
eorundem ipsam Generosam Catherinam de Komorow Secundum prescri-
ptum iurium et privilegiorum illius A Serenissimis antecesso-
ribus Nostris Super Molendinum antiquum Premislien conces-
sorum conservantes decernimus cittos eo non obstante quod
Molendinum quoddam Novum extruxerint teneri astrictosque esse
extradere et prefate Generose Catherine Comorowska Mensuram
Molendino nostro antiquo Premislien Secundum antiquam consue-
tudinem dari solitam Qua non prius eis licitum erit in alienis
Molendinis frumenta Molere Nisi data eidem prius in Mo-
lendino hoc ipso antiquo Premislien Mensura Pro cuius
quidem decreti nostri exequutione ipsam Generosam Catherinam de
Komorow ad officium Capitaneale Premislien Sinceritati
tue remittimus Quare Mandamus Sinceritati tue ut simul atque
ab ipsa Generosa Catherina de Comorow Sive plenipotenti illi-
us requisita fuerit hoc ipsum decretum nostrum In omnibus
Conditionibus et articulis debite exequutioni demandari inbe-
at Secus pro debito officii sui et gratia nostra non factora Datum
Warschavie Sabbato Post festum Sancti Michaelis proximo
Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto
Regni vero Nostri XXXVII Ad Mandatum proprium Sac
Regie Mtis

Date littere Mandati S R Mtis ex parte Orlicowa Protocolli

35 Ministerialis terrarum Premislien Providus Joan Ilkowicz de
Byeskowicze una cum Nobilibus Joanne Bukowiecki et Joanne
Zaborowski coram officio et actis presentibus Castrensibus Premislien
Stan personaliter In vim relationis sue ubicumque locorum facientium publice
palam ac expressum recognoverunt Quia die hodierna Anno ex parte